pie, quonia iustitia firmat solium. Voluntas regum labia iusta
qui recta loquitur diriget. Indignatio regis nuncij mortis,
& uir sapiens placabit eum. In hilaritate uultus regis uita,
& clementia eius quasi imber serotinus. Posside sapientiam
quia auro melior est, & acquire prudentiam, quia preciosior
est argento. Semita iustorum declinat mala, custos animæ
sue seruat uitam suam. Contritionem præcedit superbia, &
ante ruinam exaltabit spiritus. Melius est humiliari cum mis-

aliis animam

*Opera nostra
domino reuelan-
tur, quomodo quis
nil sapere nouimus
auxilium ab eo
in cunctis que agi-
mus flagitamus,
in memoriam hanc
reducimus illius
diuinae habuerit
tibi, quod bonum
fecit, etiam si nihil
mali operatus fuerit
iniquitatem cordis
perdit, in quo læpi-
turi detrahit, superbia
preferendo, tamen
aliquid boni agere
possit.*

*Ad psalmum quod dicitur. 83.
Elegi abiecius domum
magis quam habitare in tabernaculis
peccatorum*

tibusq̄ diuidere spolia cū superbis. Eruditus in uerbo re-
periet bona, & qui sperat in domino ^{per hunc mundum hominem pro a alios} beatus est. Qui sa-
piens est corde appellabit prudēs, & qui dulcis eloquio
maiora reperiet. Fons uitæ eruditio possidentis, doctria
stultorū fatuitas. Cor sapiētis erudiet os eius, & labijs ei⁹
addet gratiā. Fauus mellis cōposita uerba, dulcedo aiæ
sanitas offium. Est uia quæ uidet homini recta & nouis-
sima eius ducūt ad mortē. Anima laborātis laborat sibi
quia cōpulis eum os suū. Vir insipiens fodit malū, & in
labijs eius ignis ardescit. Homo peruersus suscitāt lites,
& uerbosus separat principes. Vir iniquus ^{de uerbo} lactat amicū
suū, & ducit eum per uiam non bonā. Qui attonitis oculis
cogitat praua, mordens labia sua pficiet malum. Corona
dignitatis senectus, quæ in uis iustitię reperietur. Me-
lior est patiens uiro forti, & qui dominatur animo suo
expugnatore urbium. Sortes mittuntur in sinum, sed a
domino temperantur.

Ca. XVII.

Melior est butcella sicca cū gaudio q̄ domus plena
mictimis cū iurgio. Seruus sapiēs dominabit stul-
tis filijs, & iter fratres hereditatē diuidet. Sicut igne pro-
bat argentū & aurū camino, ita corda probat dominus.
Malus obedit linguę iniquę, & fallax obtemperat labijs
mēdacibus. Qui despicit pauperē, exprobrat factori ei⁹,
& qui in ruina letatur alterius nō erit impunitus. Corona
senū filij filiorū, & gloria filiorū patres eorū. Nō decent
stultū uerba cōposita, nec principū labiū mētiens. Gēma
gratissima expectatio prestolātis, quo cūq̄ se uertit pru-
denter intelligit. Qui celat delictū querit amicitias, qui
altero sermone repetit separat federatos. Plus pficit cor-
reptio apud prudentē, q̄ centū plage apud stultū. Semp

*Aristo:
Ed que sunt in
uocē, sunt puri
passio nūm note
que sunt in am*

*Coram cano
capite feras.*

x

iurgia querit malus, angelus aut̄ crudelis mittet̄ cōtra eū.
Expedi magis ur̄se occurrere raptis fetibus, q̄ fatuo cōfi
dēt̄i sibi ī stulticia sua. Qui reddit mala, p̄ bonis, nō rece
det malū de domo eius. Qui dimittit aquā caput est iur
gior̄, & anteq̄ patiatur contumeliā iudiciū deserit. Et q̄
iustificat impiū, & qui cōdemnat iustum abominabilis
est uterq̄; apud deū. Quid prodest stulto habere diuiti
as, cum sapientiā emere non possit. Qui altā facit domū
suam querit ruinā, & qui euitat discere incidet in malum
Omni tēpore diligit qui amicus est, & frater in angustijs
cōprobatur. Stultus homo plaudet manibus suis cū spo
ponderit pro amico suo. Qui meditat̄ discordias diligit
rixas, & qui exaltat os suum querit ruinā. Qui peruersi
cordis est non inuenit bonū, & qui uertit linguā incidet
in malū. Natus est stultus in ignominiā suam, sed nec pa
ter in fatuo letabit̄. Animus gaudens etatē floridā facit,
spiritus tristis exiccat ossa. Munera de sinu impius acci
pit, ut peruertat semitas iudicij. In facie prudentis luget
sapientia, oculi stultor̄ in finibus terræ. Ira patris filius
stultus, & dolor matris quę genuit eum. Non est bonū
damnū inferre iusto, nec percutere principē qui recta iu
dicat. Qui moderat̄ sermones suos doctus & prudēs est
& preciosi spiritus uir eruditus. Stultus quoq̄; si tacuerit
sapiens reputabit̄, & si cōpresserit labia sua intelligens.

Capitulum.

XVIII.

Occasiones querit qui uult recedere ab amico, om̄i
tēpore erit exprobrabilis. Nō recipit stultus uerba
prudentiē; nisi ea dixeris quę uersant̄ in corde eius. Im
pius cū in profundū uenerit peccator̄ content̄, sed seq̄t̄
eum ignominia & opprobriū. Aqua profunda uerba

ex ore

^{confirmabit doctrinam}
 ex ore uiri, & torrens redundans fons sapientiæ. Accipere
 personam impij in iudicio non est bonum, ut declines a ueritate
 iudicij. Labia stulti miscet se rixis, & os eius iurgia
 prouocat. Os stulti ^{perit} contritio eius, & labia ipsius ^{infortuna} ruina aie
 eius. Verba bilinguis quasi simplicia, & ipsa perueniunt
 usque ad interiora uentris. ^{calidi} ^{infortuna} ^{infortuna} ^{infortuna}
 Pigrum deiecit timor, anime autem ^{diffidentia} effeminatae esuriet. Qui mollis & dissolutus est in ope
 suo, frater est sua opera dissipatis. Qui expellit mulierem
 bonam expellit bonum, qui autem tenet adulteram stultus est
 & insipiens. Turre fortissima ^{inimicitia} nomen domini, ad ipsam
 currit iustus & exaltabit. ^{inimicitia} ^{inimicitia} ^{inimicitia}
 Substantia diuitis urbs roboris eius, & quasi murus ^{inimicitia} circumdans eum. Antequam ^{inimicitia} con
 terat exaltat cor hominis, antequam glorificet humiliat. Qui
 prius respondet quam audiat, stultum se esse demonstrat, &
 contumeliose dignum. Spiritus uiri sustentat imbecillitatem
 suam, spiritum uero ad irascendum facile, quod poterit sustinere.
 Cor prudentis possidet scientiam, & auris sapientium que
 rit doctrinam. Donum hominis dilatat uiam eius, & ante prin
 cipes spacium ei facit. Iustus prior est accusator sui, uenit
 amicus eius & inuestigabit eum. Contradictiones comprimere
 fors, & inter potentes quoque diiudicat. Frater qui adiu
 uat a fratre quasi ciuitas firma, & iudicia quasi uectes ur
 bium. De fructu oris uiri replebit uenter eius, & genis
 mina labiorum ipsius saturabunt eum. Mors & uita in ma
 nibus lingue, qui diligunt eam comedent fructus eius.
 Qui inuenit mulierem bonam, inuenit bonum, & haurit in
 eundem a domino. Qui expellit mulierem bonam, expellit
 bonum, qui autem tenet adulteram stultus est & insipiens. Cum
 obsecrati omnibus loquitur pauper, & diues effabit rigide.
 Vir amabilis ad societatem magis amicus erit quam frater.

Sicut a fonte
 plurima manant
 flumina ita
 doctis multos
 potest docere

alia
 nocua
 sunt

Qui se exaltat
 humiliabitur
 et qui se humiliat
 et exaltabitur

Melior est simplex
dicitur, ut in dicitur
si ea que in scripturis
opprando & fini, quia
perit in his qui
causa in pollamur
in horum. p. d. d. d.
labia torquet.

Stulti cum quam
veritatis deserunt,
non esse se fatent
sed culpam suam
condonant. in firmis
quasi occasione
pocandi ipse torquet
nominem ex parte, et
ad tentandum hostem
nos sumus. dicitur
ut patet Gene. de
primis parentibus ca. iii.

Melior est pauper qui ambulat in simplicitate sua, q̄
diues torquens labia sua & insipiens. Vbi non est
scientia animæ nō est bonum, & qui festinus est pedibus
offendet. Stultitia hominis supplantat gressus eius, & cōs
tra deum feruet animo suo. Diuitię addunt amicos plus
rimos, a paupere autē & hi quos habuit separant. Testis
falsus nō erit impunitus, & qui mendacia loquitur non
effugiet. Multi colunt personā potentis, & amici sunt do
na tribuētis. Fratres hominis pauperis oderūt eum, in sup
& amici procul recesserūt ab eo. Qui tantū uerba sectat
nihil habebit, qui autē possessor est mentis diligit animā
suā & custos prudentiæ inueniet bona. Falsus testis non
erit impunitus, & qui loquit mēdacia peribit. Nō decēt
stultū diuitiæ, nec seruū dominari principibus. Doctris
na uiri per patientiā noscitur & gloria eius est iniqua præ
tergredi. Sicut fremitus leonis ita & regis ira, & sicut ros
sup herbā ita & hilaritas eius. Dolor patris filius stultus,
& tecta iugiter perstillantia litigiosa mulier. Domus &
diuitiæ dant a parentibus, a dño autē proprie uxor pru
dēs. Pigredo immitit soporē, & anima dissoluta esuriet.
Qui custodit mandatū custodit animā suā, qui autē negli
git uiam suam mortificabit. Fenerat dño qui miseretur
pauperis, & uicissitudinē suā reddet ei. Eru di filium tuū
ne desperes, ad interfectionē autē eius ne ponas animā tuā
Qui em̄ impatiens est sustinebit damnū, & cū rapuerit
aliud apponet. Audi consiliū & suscipe disciplinā, ut sis
sapiens in nouissimis tuis. Multe cogitationes in corde
uiri, uoluntas autē domini in eternū permanebit. Homo
indigens misericors est, & melior est pauper iustus q̄ uir

Qui se uoxis domini in hystere recolat.

Stultitia
offendet
tra deum
rimos
falsus
effugiet
Multi colunt
na tribuētis
& amici
nihil habebit
suā & custos
erit impunitus
stultū diuitiæ
na uiri
& tecta
diuitiæ
dēs
Pigredo
Qui custodit
git uiam
pauperis
Eru di
ne desperes
Qui em̄
aliud
sapiens
uiri
Homo
indigens

mendax. Timor domini ad uitā & in plenitudine cōmo
 rabitur absq̄ uisitatione pessimi. Abscōdit piger manū
 suam sub ascella, nec ad os suū applicat eam. Pestilentæ
 flagellato stultus sapientior erit, si aut̄ corripueris sapien
 tem intelliget sapientiā. Qui affligit patrē & fugit matrē,
 ignominiosus erit & infelix. Non cesses audire fili do
 ctrinā, nec ignores sermones scientie. Testis iniquus des
 ridet iudiciū, & os impiorū deuorat iniquitatē. Parata
 sunt derisoribus iudicia, & mallei percucientes stultorū
 corporibus.

Ca. XX.

LVxuriosa res uinū, & tumultuosa ebrietas. Quicū
 q̄ his delectat̄ non erit sapiens. Sicut rugitus leonis
 ita & terror regis, qui prouocat eum peccat in animā suā
 Honor est homini qui separat se a contentionibus, oēs
 aut̄ stulti miscent̄ cōtumeiīs. Propter frigus piger arare
 noluit, mendicabit ergo estate & nō dabit̄ illi. Sicut aqua
 profunda, sic consiliū in corde uiri, sed homo sapiēs ex
 hauriet illud. Multi homines misericordes uocant̄, uirū
 aut̄ fidelē quis inueniet. Iustus q̄ ambulat in simplicitate
 sua, beatos post se filios relinquit. Rex qui sedet in solio
 iudicij, dissipat omne malū intuitu suo. Quis pōt dicere
 mundū est cor meum, purus sum a peccato. Ponderus &
 pondus, mensura & mensura, utrumq̄ abominabile est
 apud deū. Ex studijs suis intelligit̄ puer, si munda & res
 cta sint opera eius. Arem audientē & oculum uidentē
 dominus fecit utruq̄. Noli diligere somnū, ne te egestas
 opprimat. Aperi oculos tuos, & saturare panib̄. Malū
 est, malū est, dicit omnis emptor. Et cum recesserit, tunc
 gloriabit̄. Est aurū & multitudo gēmarū, uas aurū præs
 ciosum labia sciētię. Tolle uestimentū eius q̄ fidei uis or

d ij

dent
horribilis sanctorum
ferit comorari
est ubi uisitat
abscondit
Manum ad os porrigere
pestilentia
stultus
corripueris
conueniunt
intelliget
patrē
matrē
ignominiosus
infelix
Non cesses
audire
fili doctrinā
nec ignores
sermones scientie
Testis iniquus
desridet
iudiciū
& os impiorū
deuorat
iniquitatē
Parata
sunt
derisoribus
iudicia
& mallei
percucientes
stultorū
corporibus
Ca. XX.
LVxuriosa res uinū
& tumultuosa ebrietas
Quicūq̄
his delectat̄
non erit sapiens
Sicut rugitus leonis
ita & terror regis
qui prouocat eum
peccat in animā suā
Honor est homini
qui separat se a contentionibus
oēs aut̄ stulti
miscent̄ cōtumeiīs
Propter frigus piger arare
noluit
mendicabit ergo estate
& nō dabit̄ illi
Sicut aqua profunda
sic consiliū in corde uiri
sed homo sapiēs ex hauriet illud
Multi homines misericordes uocant̄
uirū aut̄ fidelē
quis inueniet
Iustus q̄ ambulat in simplicitate sua
beatos post se filios relinquit
Rex qui sedet in solio iudicij
dissipat omne malū intuitu suo
Quis pōt dicere mundū est cor meum
purus sum a peccato
Ponderus & pondus
mensura & mensura
utrumq̄ abominabile est apud deū
Ex studijs suis intelligit̄ puer
si munda & res cta sint opera eius
Arem audientē & oculum uidentē dominus fecit utruq̄
Noli diligere somnū
ne te egestas opprimat
Aperi oculos tuos
& saturare panib̄
Malū est
malū est
dicit omnis emptor
Et cum recesserit
tunc gloriabit̄
Est aurū & multitudo gēmarū
uas aurū præs ciosum labia sciētię
Tolle uestimentū eius q̄ fidei uis or
Sermones
Vix superius
Terren.
Sine ceree
et
Carbo friget
Vermis
Perius
Et prudentia
perdat
inuentura
terre
Suavis calaminibus
quas in regni calaminis
non
domum
perfr
leuina

extitit alieni, & pro extraneis aufer pignus ab eo. Suavis
 est homini panis mēdacij, & postea implebit os eius cal-
 culo. Cogitationes consilij roborant, & gubernaculis
 tractanda sunt bella. Et qui reuelat mysteria & ambulat
 fraudulēter, & dilatat labia sua, ne cōmisceris. Qui ma-
 ledicit patri suo & matri, extinguet lumen eius in medijs
 tenebris. Hereditas ad quā festinatur in principio, in no-
 uissimo benedictione carebit. Ne dicas reddā malū pro
 malo, expecta dominum & liberabit te. Abominatio est
 apud deū pondus & pondus, statera dolosa nō est bona
 A domino dirigunt gressus uiri, quis autē hominū intelli-
 gere potest uia suā. Ruina est homini deuotare sanctos,
 & post uota retractare. Dissipat impios rex sapiens, &
 incuruat super eos fornicē. Lucerna domini spiraculū
 hominis, quę inuestigat omnia secreta uentris. Misericordia
 & ueritas custodiunt regē, & roborat clemētia
 thron⁹ eius. Exultatio iuuenū fortitudo eorū, & dignitas
 senū canicies. Liuor uulneris absterget mala, & plagę
 in secretioribus uentris.

Ca. XXI.

Sicut diuisiones aquarū ita cor regis in manu domini,
 & quocūq; uoluerit inclinabit illud. Omnis uia uiri recta
 sibi uidetur, appendit autē corda dominus. Facere miseri-
 cordiā & iudicium, magis placet dño q̄z uictime. Exal-
 tatio oculorū est dilatatio cordis, lucerna impiorū pecca-
 tum. Cogitiōes robusti semp in abundātia, omnis autē
 uerger in egestate est. Qui congregat thesauros lingua
 mendacij uanus & excors est, & impinget ad laqueos
 mortis. Rapine impiorū detrahent eos, quia noluerunt
 facere iudiciū. Peruersa uia uiri aliena est a deo, qui autē
 mūd⁹ est rectū opusei⁹. Melius est sedere ī angulo do-

Quia quicūq; copios
 parte magis dicit
 quidam, et maxime
 huciam exornat
 Licit
 Nonna pro
 mition, ut in
 Lincipit per
 Sed unde ueniat
 exijit

Vicijs cum illiguntur

In fine suo misericordia
 pia in pietas
 Non in capillis sed in fortis
 canicies Laudanda quia
 alibi de Malibus p̄ter
 conum amor m̄

ma^{is} q̄ cum muliere litigiosa & in domo conuiuij. Aīa
impij desiderat malū, nō miserebit̄ pximo suo. Multa
to pestilente sapientior erit paruulus, & si sectet̄ sapientē
sumet scientiā. Excogitat iustus de domo impij, ut detra
hat impios a malo. Qui obturat aurē suā ad clamorem
pauperis, & ipse clamabit & nō exaudiet̄. Munus absco
ditum extinguit iras, & domū in sinu indignationē ma
ximā. Gaudiū iusto est facere iudiciū, & pavor operans
tibus iniquitatem. Vir qui errauerit in uia doctrinē, in
coetu gygantiū cōmorabitur. Qui diligit epulas in ege
state erit, qui amat uinū & pinguia nō ditabit̄. Pro iusto
dabit̄ impius, & pro recto iniquus. Melius est habitare
in terra deserta, q̄ cum muliere rixosa, & iracunda. The
saurus desiderabilis & oleum in habitaculo iusti, & prus
dens homo dissipabit illud. Qui sequit̄ iustitiā & miseri
cordiā, inueniet uitā & iustitiā et gloriā. Ciuitatem fortiū
ascendit sapiens, destruxitq̄ robur fiducia eius. Qui cu
stodit os suum & linguā suā, custodit ab angustijs ani
mam suā. Superbus & arrogās uocatur indoctus, qui in
ira operat̄ superbiā. Desideria occidūt pigrum, noluerūt
eīm quicq̄ manus eius operari. Tota die concupiscit &
desiderat, qui autē iustus est tribuet & nō cessabit. Hos
tie impiorū abominabiles quæ offerunt̄ ex scelere, Tes
tis mēdax peribit, uir obediēs loquetur uictoriam. Vir
impius procaciter obfirmat uultū suū, qui autē rectus est
corrigit uiam suam. Non est sapiētia, non est prudentia,
nō est consiliū contra dominū. Equus paratur ad diem
belli, dominus autē salutē tribuit.

Ca. XXII.

Melius est ^{si iudicatus} nomē bonū q̄ diuitiæ ^{inuidiam} multæ, sup argens
tū eīm & aurū gratia bona. Diues & paup̄ obuia

d iij

uerūt sibi, utriusq; operator est dominus. Callidus uidet
malū & abscondit se, innocēs pertrahit & afflicto est dam
no. Finis modestię timor domini, diuitię & gloria & uita
Arma & gladij in uia superbi, custos autē animę suę lon
ge recedit ab eis. Prouerbiū est. Adulescens iuxta uiam
suā, etiā cū senuerit nō recedet ab ea. Diues pauperib; im
perat & qui accipit mutuū seru^o est fenerātis. Qui semis
nat iniquitatē metet mala, & uirga ire suę cōsummabit.
Qui pron^o est ad misericordiā benedicet, de panib; eim
suis dedit pauperi. Victoriā & honorē acquireret qui dat
munera, animā autē aufert accipientiū. Erice derisorē &
exibit cū eo iurgiū, cessabūtq; causę & cōtumelię. Qui
diligit cordismundiciā, ppter gratiā labiorū suorū, habe
bit amicū regē. Oculi domini custodiūt scientiā, & sup
plantātur uerba iniqui. Dicit piger Leo est foris, i medio
platearū occidēdus sū. Fouea profunda^o os aliene^o, cui irat^o
est dominus incidet in eā. Stulticia colligata est in corde
pueri, & uirga discipline fugabit eā. Qui calūniatur pau
perē ut augeat diuitias suas, dabit ipsi ditiori & egebit.
Fili mi inclina aurē tuā, & audi uerba sapientiū. Appone
autē cor ad doctrinā meā, quę pulchra erit tibi cū serua
ueris eā i uentre tuo. Et redūdabit i labijs tuis, ut sis in do
mino fiducia tua. Vnde & ostēdā eā tibi hodie. Ecce de
scripsi eā tibi tripliciter in cogitatiōibus & sciētia, ut ostē
derē tibi infirmitatē & eloquia ueritatis, respōdere ex eis
illis qui miserūt te. Nō facias uiolentiā pauperi, qā paup
est, neq; cōteras egenū in porta, quia iudicabit dominus
cām eius, & cōfiget eos q cōfixerūt animā eius. Noli esse
amicus homini iracūdo, neq; ambules cū uiro furioso,
ne forte discas semitas eius, & sumas scādalū animę tuę.

Ades a timentis
ad ueritate
multum est.

Noli esse cū his qui defigūt manus suas, & qui uades se offerūt pro debitis. Si enī nō habes unde restituas, quid causę est ut tollat operimentū de cubili tuo. Ne trāsgrediaris terminos ātiquos, quos posuerūt patrestui, Vidi sti uirū uelocē in opere suo, corā regibus stabit, nec erit ante ignobiles.

Ca. XXIII.

Q Vando sederis ut comedas cū principe diligēter attēde quę sunt apposita ante faciem tuā, & statue cultrū in gutture tuo, si tamē habes ī potestate animā tuā Ne desideres de cibus eius ī quo est panis mēdaciij. Noli laborare ut dīteris, sed prudentiā tuę pone modū. Ne erigas oculos tuos ad opes quas nō potes habere quia facient sibi pennas quasi aquile & uolabunt in cęlū. Ne comedas cū homine inuido, & ne desideres cibos eius, qm̄ in similitudinē arioli & cōiectoris estimat quod ignorat. Comede & bibe dicet tibi, & mens eius nō est mecū. Cibus quos comederas euomes, & perdes pulchros sermones tuos. In auribus insipiētū ne loquaris, quia despiciēt doctrinā eloquij tui. Ne attingas paruulorū terminos, & agrū pupillorū ne intro eas. Propinquus em̄ illorū fortis est, & ipse iudicabit cōtra te causā illorū. Ingrediatur ad doctrinā cor tuū & aures tuę ad uerba sciētij. Noli subtrahere a puero disciplinā, si percusseris eū uirga nō moriet. Tu uirga percuties eū, & animā eius de īferno liberabis. Fili mi si sapiens fuerit animus tuus, gaudebit tecū cor meū & exultabūt renes mei cū locuta fuerint rectū labia tua. Nō emuletur cor tuū peccatores sed in timore domini esto tota die, qa habebis spē in nouissimo, & p̄stolatio tua nō auferet. Audi fili mi & esto sapiēs, & dirige in uia animū tuū, Noli esse in cōuiujs potatorū nec in

comestatiōibus eorū, qui carnes ad uescēdū cōferūt, quia
uacātes potibus & dātes symbola cōsumenī, & uestietur
pānis dormitatio. Audi patrē tuū qui genuit te, & nō cō
tēnes cū senuerit mater tua. Veritatē eme, & noli uende
re sapientiā & doctrinā & intelligentiā. Exultat gaudio
pater iusti, qui sapientē genuit letabitur in eo. Gaudeat
pater tuus & mater tua, & exultet q̄ genuit te. Prebe fili
mī cor tuū mihi, & oculi tui uias meas custodiāt. Fouea
em̄ pfunda est meretrix, & puteus angustus aliena. Insi
diat in uia quasi latro, & quos incautos inuenerit interfi
ciet. Cui uē cui⁹ patri uē, cui rixe, cui foueē, cui sine causa
uulnera, cui suffossio oculorū. Nōne his qui cōmorant̄
in uino & studēt calicibus epotandis. Ne intuearis uinū
quādo flauescit, cū splēduerit in uitro calor ei⁹. Ingridit̄
blande & in nouissimo mordebit ut coluber et sicut res
gul⁹ uenena diffūdet. Oculi tui uidebūt extrāeas et cor
tuū loquet̄ p̄uersa. Et eris sicut dormiēs ī medio mari, et
quasi sopit⁹ gubernator amisso clauo. Et dices. Verbera
uerūt me sed nō dolui, traxerūt me & ego nō fēsi. Quā
do euigilabo, et rursus uina reperiā. Ca. XXIII.

NEmuleris uiros malos, nec desideres esse cū eis,
q̄ rapinas meditat̄ mens eorū et fraudes labia eorū
loquūtur. Sapiētia edificabit̄ dom⁹, & prudētia roborā
bit̄. In doctrina replebūtur cellaria, uniuersa substātia p̄
ciosa et pulcherrima. Vir sapiēs fortis est, et uir doct⁹ ro
bustus & ualidus, q̄ cū dispositione initur bellū, et erit
salus ubi multa cōsilia sunt. Excelsa stulto sapiētia, in por
ta nō aperiet os suū. Qui cogitat mala facere stult⁹ uoca
bit̄. Cogitatio stulti peccatū est, et abominatio hominū
detractor, Si desperaueris lapsu sī die angustie, imminue

etur

etur fortitudo tua. Erue eos qui ducuntur ad mortem,
et qui trahunt ad interitū liberare ne cesses. Si dixeris ui
res nō suppetūt, qui inspector est cordis ipse intelligit &
seruatorem animę tuę nihil fallit reddetq; homini iuxta
opera sua. Comede fili mi mel q̄a bonū est, & fauū dul
cissimū gutturi tuo. Sic & doctrina sapiētix animę tuę,
quā cū inueneris habebis in nouissimis spem, & spes tua
nō peribit. Ne insidieris & querās impietatem in domo
iusti, nec uastes requiē eius. Septies em̄ in die cadet ius
tus & resurget, impij autē corruent in malū. Cū cecide
rit inimicus tuus ne gaudeas & in ruina ei^p ne exultet cor
tuū, ne forte uideat dominus & displiceat ei, & auferat
ab eo irā suā. Ne contēdas cū pessimis, nec emuleris im
pios, quoniā nō habent futuroꝝ spem mali & lucerna
impiorū extinguet. Time dominū fili mi & regē, et cum
detractoribus nō cōmisceris. Quoniā repente cōsurget
perditio eorū & ruinā utriusq; quis nouit. Hęc quoq; sa
piētibus. Cognoscere personā in indicio nō est bonum.
Qui dicunt impio iustus es, maledicent eis populi, & de
testabūtur eostribus. Qui arguūt eū laudabunt, & sup
eos ueniet benedictio. Labia deosculabit qui recta uer
ba respōdet. Prepara foris opus tuū, & diligenter exerce
agrū tuū, & postea edifices domū tuā. Ne sis testis frus
tra cōtra proximū tuū, ne lactes quēq; labijs tuis. Ne di
cas quomodo fecit mihi sic faciā ei, & reddam unicuiq;
secundū opus suū. Per agrū pigri transiui, & per uineā
uiri stulti. Et ecce totū repleuerant urticę, & operuerant
superficiem eius spine, & maceria lapidū destructa erat.
Quod cū uidissem posui in corde meo, & exēplo didici
disciplinam. Vsq; quo piger dormies, usq; quo de som

no confurges. Parum inquam dormies, modicum dormitabis, pauxillum manus conferes vt quiescas & ueniet tibi quasi cursor egestas tua & mendicitas quasi uir armatus.

Ca. XXV

HE quoq; parabolę salomonis quas trāstulerūt uiri hezechię regisiuda. Gloria dei est celare uerbū, & gloria regū inuestigare sermonē. Celū sursum et terra deorsū et cor regū inscrutabile. Aufer rubiginē de argēto et egredietur uas purissimū. Aufer impietatē de uultu regis, & firmabitur iusticia thronus eius. Ne gloriosus appareas corā rege, & i loco magnorū ne steteris. Melius est em̄ ut dicat tibi ascende huc, q̄ ut humilieris corā principe. Quę uiderūt oculi tui ne pferas in iurgio cito ne postea emendare nō possis cū dehonestaueris amicū tuū. Causā tuā tracta cū amico tuo, & secretū extrā eo ne reueles, ne forte insultet tibi cū audierit et exprobrare nō cesset. Gratia et amicitia liberāt quas tibi serua ne exprobrabilis fias. Mala aurea in lectis argēteis qui loquit uerbū in tēpore suo. In auris aurea et margarita fulgens qui arguit sapientē et aurē obediētē. Sicut frigus niuis in die messis ita legatus fidelis ei qui miserit eū, animā ipsius reuiescere facit. Nubes et uentus et pluuia nō sequētes, uir gloriosus & promissa nō cōplens. Patientia lenietur princeps, & lingua mollis cōfringet duriciā. Mel inuesti comede qđ sufficit tibi, ne forte satiatus euomas illud. Subtrahe pedē tuū de domo, pximi tui ne quādo satiatus oderit te. Iaculū & gladiū & sagitta acuta, homo qui loquit cōtra pximū suū falsū testimoniū. Deus putridus & pes lassus, qui sperat sup infideli in die angustię & amittit palliū in die frigoris. Acetū in nitro, qui cātat

carmina cordi pessimo. Sicut tinea uestimēto & uermis ligno, ita tristitia uiri nocet cordi. Si esurierit inimicus tuus ciba illū, si sitit da ei aquā bibere. Prunas em cōgredabis sup caput eius, & domin⁹ reddet tibi. Ventus aq̄ lo dissipat pluuias & facies tristis linguā detrahētē. Melius est sedere in angulo domatis, q̄ cū mulier litigiosa & in domo cōmuni. Aqua frigida animę sitiētī, & nūci⁹ bonus de terra longinqua. Fons turbatus pedę & uena corrupta iustus cadens corā impio. Sicut qui mel multū comedit nō est ei bonū, sic qui scrutator est maiestatis opprimetur a gloria. Sicut urbs patens & absq̄ muroꝝ ambitu, ita uir qui non potest in loquendo cohibere spiritum suum.

Ca. XXVI.

Quomodo nix ī estate, & pluuię in messe, sic indecens est stulto gloria. Sicut auis ad alta trāsuolās, & passer quolibet uadens, sic maledictū frustra prolatū in quēpiam supueniet. Flagellū ex quo & chamus asino, & uirga in dorso imprudentiū. Ne respōdeas stulto iuxta stultitiā suā, ne efficiaris ei similis. Respōde stulto iuxta stultitiā suam, ne sibi sapiens esse uideat. Claudus pedibus et iniquitatē bibens, qui mittit uerba per nuncium stultū. Quomodo pulchras frustra habet claudus tibias sic indecens est in ore stultorū parabola. Sicut qui mittit lapidē in aceruū mercurij, ita qui tribuit insipiētī honorē Quomodo si spina nascat ī manu temulēti, sic parabola in ore stultorū. ludiciū determinat causas, & qui iposuit stulto silentiū iras mitigat. Sicut canis qui reuertitur ad uomitū suū, sic imprudens qui iterat ad stultitiā suā. Vidisti hominē sapiētem sibi uideri, magis illo spem habebit insipiēs. Dicit piger. Leo est in uia, & leæna in itinere

Aceruus Mercurij

bus. Sicut ostiū uertitur in cardine suo, ita piger in lectulo suo. Abscondit piger manus sub ascella sua, & laborat si ad os suū eas cōuerterit. Sapiētior sibi stultus uidet, septem uiris loquētibus sententias. Sicut qui apprehēdit auribus canē, sic qui transit & impatiens cōmiscetur rixę alterius. Sicut noxius est qui mittit sagittas et lanceas in mortē, ita uir qui fraudulēter nocet amico suo, & cū fuerit deprehēsus dicet ludens feci. Cū defecerint ligna extinguet ignis, & susurrone subtracto iurgia cōquiescūt. Sicut carbones ad prunas & ligna ad ignē, sic homo iracūndus suscitatur rixas. Verba susurrōis quasi simplicia, & ipsa pueniūt ad ītima cordis. Quomodo si argēto sordido ornare uelis uas fictile, sic labia tumētia cū pessimo corde sociata. Labijs suis itelligit inimicus, cū in corde tractauerit dolos. Quādo submiserit uocē suā ne credideris ei, quoniā septē nequicię sunt in corde illius. Qui operit odiū fraudulēter, reuelabit malicia eius in cōcilio. Qui fodit foueā incidit in eā, & qui uoluit lapidem reuertetur ad eā. Lingua fallax non amat ueritatem, & os lubricū operatur ruinas.

Ca. XXVII.

NE glories in craftinū, ignorās quid supuētura pariat dies. Laudet te alienus & nō os tuū, extraneus & nō labia tua. Graue est saxū & onerosa arena, sed ira stulti utroq; grauior. Ira nō habet misericordiā nec erūpens furor, & impetū concitati spiritus ferre quis poterit, Melior est manifesta correptio, q̄ amor absconditus. Meliora sunt uulnera diligentis, q̄ fraudulenta oscula odiētis. Anima saturata calcabit fauū, & anima esuriens etiā amarū pro dulci sumet. Sicut auis transmigrans de nido suo, sic uir qui derelinquit locū suū. Vnguento &

uarijs odoribus delectatur cor, & bonis amici consilijs
anima dulcoratur. Amicū tuū & amicū patris tui ne dis
miseris, & domū fratris tui ne ingrediaris in die afflictio
nis tuę. Melior est uicinus iuxta, q̄ frater pcul. Stude sa
pientię fili mi, & lætifica cor meū, ut possis exprobrant
respōdere sermonē. Astutus uidens malū absconditus
est, paruuli transeūtes sustinuerūt dispendia. Tolle uesti
mentū eius qui spopōdit pro extraneo & pro alienis au
fer ei pignus. Qui benedicit proximo suo uoce grādi de
nocte consurgēs maledicēti similis erit. Tecta perstilātia
in die frigoris & litigiosa mulier cōparātur. Qui retinet
eam, quasi qui uentū teneat, & oleū dextrę suę euacuat.
Ferrū ferro exacuitur, & homo exacuit faciē amici sui.
Qui seruat ficū comedet fructus eius, & qui custos est
domini glorificabit. Quomodo in aquis resplēdent uul
tus pspicientiū, sic corda hominū manifesta sunt prudē
tibus. Infernus & p̄ditio nūq̄ implent̄ similiter & oculi
hominū insatiabiles. Quomodo p̄batur in conflatorio
argentū & in fornace aurū, sic probatur homo ore lau
dātis. Cor iniqui inquit mala, cor aut̄ rectū inquit scis
entiā. Si contuderis stultū in pila quasi ptifanas feriēte des
sup pilo, nō auferet̄ ab eo stultitia eius. Diligenter agnos
ce uultū pecoris tui, tuosq̄ greges cōsidera. Nō em̄ has
bebis iugiter potestatē sed corona tribuet̄ tibi in genera
tione & generationē. Aperta sunt prata & apparuerunt
herbe uirētes, & collecta sunt fena de mōtibus. Agni sūt
ad uestimentū tuū, & hędi ad agri præciū. Sufficiat tibi
lac caprarū in cibos tuos, & in necessaria domus tuę &
ad uictum ancillis tuis.

Capitulum.

XXVIII.

e iij

FVgit impius nemine psequente, iustus aut̄ quasi leo
confidens absq̄ terrore erit. Propter peccata terræ
multi principes eius, & ppter hominis sapientiã & horũ
scientiam quæ dicunt̄ uita ducis longior erit. Vir pau-
per calumnians pauperes, similis est imbr̄i uehementi in
quo paratur fames. Qui derelinquũt legẽ laudant impiũ
qui custodiunt succendunt̄ contra eum. Viri mali nõ co-
gitant iudiciũ, qui autẽ inquirunt dominũ animaduertũt
omnia. Melior est pauper ambulans in simplicitate sua,
q̄ diues in prauis itineribus. Qui custodit legem filius
sapiens est, qui autẽ comesatores pascit cõfundit patrem
suũ. Qui coaceruat diuitias usuris & fenore liberali in
pauperes congregat eas. Qui declinat aures suas ne au-
diat legem oratio eius erit execrabilis. Qui decipit iustos
in uia mala, in interitu suo corruet, & simplices posside-
bunt bona eius. Sapiens sibi uidet̄ uir diues, pauper autẽ
prudens scrutabitur eũ. In exultatione iustorũ multa glo-
ria est, regnãtibz impijs ruinã hominũ. Qui abscondit
scelera sua nõ diriget̄, qui autem confessus fuerit & relis-
querit, misericordiã cõsequet̄. Beatus homo qui semp̄
est pauidus, qui uero mentis est durẽ corruet in malum.
Leo rugiẽs & ursus esuriens princeps impius sup popu-
lũ pauperẽ, Dux indigens prudentia multos opprimet
per calumniã, qui autem odit auariciã, longi fiant dies
eius. Hominẽ qui calũniat animæ sanguinem, si usq̄ ad
lacum fugerit nemo sustinet. Qui ambulat simpliciter
saluus erit, qui puerlis graditur un̄s cõcidet semel. Qui
operatur terrã suam satiabitur panibus, qui autẽ sectat̄
ociũ replebitur egestate. Vir fidelis multum laudabi-
tur, qui autẽ festinat ditari nõ erit innocens. Qui cognos-

cit in iudicio faciem non bene facit, iste pro bucella panis
deserit ueritatem. Vir qui festinat ditari & alijs iuidet,
ignorat q̄ egestas superueniet ei. Qui corripit hominē,
gratiam postea inueniet apud eum, magis q̄ ille qui per
linguæ blandimēta decipit. Qui subtrahit aliquid a pa-
tre suo uel a matre & dicit hoc nō esse peccatū, particeps
homicidę est. Qui se iactat & dilatat iurgia concitat, qui
uero sperat in domino saluabit̄. Qui cōfidit in corde suo
stultus est, qui aut̄ gradit̄ sapiēter ipse laudabit̄. Qui dat
pauperi nō indigebit, qui despicit deprecantē sustinebit
penuriā. Cum surrexerint impij abscondent̄ hoīes, cum
illi perierint multiplicabunt̄ iusti. Ca. XXIX.

Viro qui corripientē dura ceruice cōtēnit repentin⁹
ei supueniet interitus, & eū sanitas nō sequetur. In
multiplicatione iustorū letabitur uulgus, cū impij sump-
serint principatū gemet populus. Vir qui amat scientiā
lætificat patrem suum, qui autem nutrit scortum perdet
substantiam. Rex iust⁹ erigit terram, uir auarus destru-
et eam. Homo qui blandis fictisq̄ sermonibus loquitur
amico suo, rhete expandit gressibus eius. Peccantem
uirum iniquum inuoluet laqueus, & iustus laudabitur
atq̄ gaudebit. Nouit iustus causam pauperum, impius
ignorat sententiā. Homines pestilentes dissipant ciuitas-
tem, sapientes uero auertunt furorem. Vir sapiens si cum
stulto contenderit, siue irascitur siue rideat non inueniet
requiem. Viri sanguinum oderunt simplicem, iusti aut̄
querunt animam eius. Totum spiritum suum profert
stultus, sapiens differt & reseruat in posterum. Princeps
qui libenter audit uerba mendacij omnes ministros has-
bet impios. Pauper & creditor obuiauērūt sibi, utriusq̄

illuminator est dominus. Rex qui iudicat in ueritate pau-
peres thronus eius in eternū firmabitur. Virga atq; cor-
reptio tribuit sapientiā, puer autem qui dimittitur uolū-
tati suę confundit matrem suam. In multiplicatione im-
piorum multiplicabuntur scelera, & iusti ruinas eorum
uidebunt. Erudi filium tuum & refrigerabit te, & dabit
delicias animę suę. Cum prophetia defecerit dissipabi-
tur populus, qui uero custodit legem beatus est. Seruus
uerbis non potest erudiri, quia quod dicit intelligit, &
respondere contemnit. Vidisti hominem uelocem ad
loquendū, stultitia magis sperāda est q̄ illius correctio.
Qui delicate a pueritia sua nutrit seruum suum, postea
sentiet eum contumacem. Vir iracundus prouocat rix-
as, & qui ad indignandum facilis est erit ad peccandum
procliuior. Superbum sequitur humilitas, & humilem
spiritu suscipiet gloria. Qui cum fure participat odit ani-
mam suam, adiurantem audit & non indicat. Qui timet
hominem cito corruet, qui sperat in domino subleuabit̄
Multi requirūt faciem p̄cipis & iudiciū a domino egre-
ditur singulorū. Abominatur iusti uirū impiū, & abomi-
natur impij eos qui in recta sunt uia. Verbū custodiens
filius, extra perditionem erit. Ca. XXX.

Verba congregantis filij uomentis. Visio quam lo-
cutus est uir cum quo est deus, & qui deo secum
morante confortatus ait. Stultissimus sum uiroꝝ, & sas-
pientia hominū non est mecū. Non didici sapientiam, &
noui scientiā sanctorū. Quis ascendit in cglū atq; descen-
dit? Quis continuit spiritū in manibus suis? Quis collis-
gauit aquas quasi in uestimento? Quis suscitauit oēster-
minosterre? Qd̄ nomē est eius, & qd̄ nomen filij eius
si nosti?

si nosti? Omnis sermo dei ignitus clypeus est omnibus
sperantibus in se. Ne addas quicquid uerbis illius, & argu-
aris inueniaris quod mendax. Duo rogauit ne deneges mihi
antequam moriar. Vanitatem & uerba mendacij longe fac
a me, Mendiцитatem & diuitias ne dederis mihi. Tribue
tantum uictui meo necessaria, ne forte satiatus illiciar ad
negandum & dicam, quis est dominus, aut egestate com-
pulsus furer & periure nomē dei mei. Ne accuses seruū
ad dominū suum, ne forte maledicat tibi & corruas. Ge-
neratio que patri suo maledicit, & que matri sue non bene-
dicit. Generatio que sibi munda uidetur, & tamē non est
lota a fordibus suis. Generatio cuius excelsi sunt oculi, &
palpebre eius in alta surrecte. Generatio que per denti-
bus gladios habet, & comandit molaribus suis ut comedat
inopes de terra & pauperes ex hominibus. Sanguis uere
duo sunt filij dicentes, auffer auffer. Tria sunt insatura-
bilia, & quartum quod nunquam dicit sufficit. Infernus & os
uulue, & terra que non satiatur aqua, ignis uero nunquam dicit
sufficit. Oculum qui subsannat patrem & qui despicit par-
tum matris sue, suffodiant eum corui de torretibus & co-
medant eum filij aquile. Tria sunt difficilima mihi, &
quartum penitus ignoro. Viam aquile in celo, uiam colu-
bri super petram, uiam nauis in medio mari, & uiam uiri
in adolescentia. Talis est & uia mulieris adultere, que co-
medens & tergens os suum dicit. Non sum operata malum.
Per tria mouetur terra, et quartum non potest sustinere. Per
seruum cum regnauerit, per stultum cum saturatus fuerit
cibo, & per odiosam mulierem cum in matrimonio fuerit
assumpta, & per ancillam cum fuerit heres domus sue.
Quattuor sunt minima terre, & ipsa sunt sapientiora sa-

pietibus. Formice populus infirmus, qui præparat in
messe cibum suum. Lepusculus plebs inuálida, qui col-
locat in petra cubile suum. Regem locusta non habet,
& egreditur uniuersa per turmas suas. Stellio manibus
nititur, & moratur in edibus regis. Tria sunt quæ bene
gradiuntur, & quartū quod incedit feliciter. Leo fortissim⁹
bestiarū, ad nullius pauebit occursum. Gallus succinctus
lumbos suos & aries, nec est rex qui resistat ei, & qui stul-
tus apparuerit postquam eleuatus est in sublime. Si enim in-
tellexisset ori suo imposuisset manū. Qui autē fortiter
premit ubera ad eliciendum lac, exprimit butyrū, & qui
uehemēter emungit elicit sanguinem, & qui prouocat
iras producit discordias.

Ca. XXXI.

Verba lamuelis regis. Visio qua erudiuit eū mater
sua. Quid dilectē mi, quod dilectē uteri mei, quid
dilectē uotorū meorū? Ne dederis mulieribus substan-
tiam tuam, & diuitias tuas ad delendos reges. Noli regi-
bus o lamuel noli regibus dare uinū, quia nullum secre-
tum est ubi regnat ebrietas. Ne forte bibant & obliuis-
cantur iudiciorum, & mutent causam filiorū pauperis.
Date siceram merentibus, & uinum his qui amaro sunt
animo. Bibant & obliuiscantur egestatis suę, & doloris
sui nō recordentur amplius. Aperi ostium tuo, & cau-
sis omnium filiorū qui pertranseunt. Aperi os tuū, decerne
quod iustum est, & uindica in opem & pauperē. Aleph.
Mulierem fortem quis inueniet? Procul, & de ultimis
finibus precium eius. Beth. Confidit in ea cor uiri sui, &
spolijs non indigebit. Gimel. Reddet ei bonū & nō ma-
lū, omnibus diebus uitę suę. Deleth. Quęsiuit lanam et
linū, & operata est consilio manuum suarū. He. Facta est

quasi nauis institoris, de longe portans panē suū. Vau.
Et de nocte surrexit deditq; prædā domesticis suis, & ci-
baria ancillis suis. Zai. Considerauit agrum & emit eū
de fructu manū suarū plantauit uineam. Heth. Accin-
xit fortitudine lumbos suos, & roborauit brachiū suū.
Teth. Gustauit & uidit qm̄ bona est negociatio eius,
non extinguetur in nocte lucerna eius. loth. Manum
suam misit ad fortia, & digiti eius apprehenderūt fufum
Caph. Manum suā aperuit inopi & palmas suas exten-
dit ad pauperem. Lamech. Non timebit domui suæ a
frigoribus niuis, omnes enim domestici eius uestiti sunt
duplicibus. Mem. Stragulatam uestem fecit sibi, bys-
sus & purpura indumentum eius. Nun. Nobilis in por-
tis uir eius, quando sederit cū senatoribus terrę. Samech.
Syndonē fecit & uendidit, et cingulū tradidit chananeo.
Ayn. Fortitudo & decor indumentū eius, & ridebit in
die nouissimo. Phe. Os suū aperuit sapientię, & lex cle-
mentię in lingua eius. Sade. Cōsiderauit semitas domus
suæ, & panem ociosa non comedit. Coph. Surrexerunt
filij eius & beatissimam p̄dicauerūt, uir eius & laudauit
eā. Res. Multę filię cōgregauerunt diuitias, tu supgressa
es uniuersas. Syn. Fallax gratia & uana est pulchritudo,
mulier timens dominum ipsa laudabitur. Thau. Date
ei de fructu manuum suaum & laudent eam in portis
opera eius.

Finis.

Impressum Viennæ Austriæ per
Ioannem Singrenium.

